



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDXCIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

ANNO MDCIX.

Docere  
B.V. cliē  
tes vt se  
mortifi-  
cent.

361. Eos qui sub nostra disciplina sunt hortari ad mortificationem in honorem B. Virginis, est vnus è modis illam colendi. Sic Alumnos disciplinae nostrae addictos educant Mexicani Patres, quorum annua hoc anno felicem adolescentis in Deiparae honorem se mortificatione consuetâ constanter exercentis, successum narrant. Huic foemina quia scelus impurum persuadere non poterat, saccaro temperatum venenum officij obtentu misit; sed id sabbato, vel alio quopiam die euenit, quo adolescens iam iam in dulcem illam escam inuolaturus meminit eâ die se mortificationi studere in Deiparae honorem, adeoque ieiunare consuesse. Postero die dum illâ promi iubet, compertus est impudica illius machinatricis dolus, & odium, bellarijs illis, seu saccaro, vermibus foedum in modum scaturiente, ac olido. Repertumque, quod si heri missum dulce illud venenum (vti vehementer ad id se ferri sentiebat) sumpisset, veneno fuisse extinguendum. Igitur ad Patrem confessarium adiit, peccata expiauit, sanctissimo epulo accubuit; & DEO ac DEI Matri sospitatrici gratias pro vita seruata egit; factus alijs quoque ad generosam se afflictandi in honorem Virginis, atque vincendi constantiam stimulus, & incitamentum. Patiamur nunc aliquid amori ac honori illius, quæ, vt Idiota ait, *Post Filium suum Domina est vniuersæ creatura: & in futuro seculo glorificabit seruietes sibi, si eam honorificauerint in presenti.*

Obiit Ro-  
me 1599.  
Scribere  
historiã  
B. Virg.

362. P. Horatius Tursellinus Lauretani Collegij Rector scripsit Historiæ Lauretanæ libros quinque stylo digno suâ erga Deiparam pietate, & inelytâ illâ Domo: in quibus fusè Domus illius admiranda

pro-



prosequitur, & beneficentiam quã Deipara etiam Societati favit non semel.

363 P. Ioannes de Castillo è nobili, ac diu sterili matrimonio natus est, fufis prius à Matre ad DEI Matrè precibus, quibus, si quem nãcisceretur filium, eius obsequio promittebat: Natus Ioannes, gaudebat se à MARIA datum, eique vicissim destinatum, in tenerrima adhuc ætate Rosarium Deiparæ quotidie recitabat. Plura de hoc annus dierum illustrium. 4. Maij. In tirocinio tortus in eo erat, vt suã se voluntate exueret. Quocirca illam DEO totam per manus B. Virginis offerebat, orandi donum egregium per illam, & per S. Agnetem assecutus. O Virgo, ait S. Io. Damascenus, *quæ vitam nunquam senescentem peperisti, occide carnis meæ prudentiam.*

364 Franciscus à Villa Regali Coad. lachrymarum, & orandi dono insignis, licet iam grandior natu esset, tamen triclinium perreptans ad pedum oscula Ane MARIA simplicitate candidissimã modulabatur, humilitatem iungens teneræ pietati, idemque in honorem DEI Matris ab alio fieri suo nomine petijt moriens, & impetravit: Minima sint hæc licet, nunquam tamen sinè magnis utilitatibus aguntur. Vnde bene pius ille, ac doctus Deiparæ Idiota de illa loquens: *Donis, inquit, spiritualibus ditat copiosissime seruientes sibi, & potissimum protegit eos à triplici aduersario, mundo, carne, & diabolo: quia salus nostra in manu illius est.*

A N N O M D C.

365 E. Montisfortis Collegio in Castellana Prouincia Coadiutor in alto flumine lintre vectus, cum, vt annales ferunt, altæ cuidam decliuitati quam afficit vnda præcipitans, duabus in inungurgitem lanceis, videret se vicinum, & aquæ cadenden-

Obiit in  
Domo  
prof. Val-  
lesoleti  
1599.

Vile Nier  
t. 2. p. 8.  
774.

m. s. ser. 3.  
ode 6.

ob. Mexi-  
ci 8. Ian.  
1599.

In Deip.  
honorãn  
da alium  
sibi sub-  
stituere

In prologo

B. V. opẽ  
per aspi-  
rationes  
breues  
exposce-  
re.